

quod in cultum agricola non relinquit.  
 Quod ergo ille uir scilicet de baptismo aliter  
 sentiens quam se res habebat. quae  
 postea pertractata & diligentissima  
 consideratione firmata est in catho-  
 lica unitate permansit. & caritatis  
 ubertate compensatum est. & passi-  
 onis falce purgatum. Sed ne uidear  
 de uitandae probationis causa. ista  
 in laudem beatissimi martyris dicere.  
 quae quidem non eius. sed illius est  
 cuius gratia talis exiit. Jam de  
 litteris eius documenta proferamus.  
 quibus maxime donatistarum ora  
 claudantur. huius enim auctori-  
 tatem impertitis obiciunt. ut se quasi  
 recte facere ostendant. Quod ad se  
 uenientes fideles denuo baptizent.  
 sumium miseri. & nisi se corrigant  
 a se metipsis omnino damnati. qui  
 hoc in tanto uiro deligunt imitari.  
 quod illi propterea non obfuit.  
 quia in eam pacem unde isti oberra-  
 runt qui uiam pacis non cognoue-  
 runt. perseverantissimis usque in  
 finem gressibus ambulauit.

Est quidem quod christi baptismus ubiq-  
 uerum est. & quamuis apud hereticos  
 uel schismaticos. ipsius tamen heresim  
 uel schismatis non est. & ideo nec  
 ad ipsam catholicam in deuenien-  
 tes oportet denuo baptizari. Sed  
 tamen hoc aliud est. Aliud a catho-  
 lica pace deuiantes. & in nefariam  
 praecisionis foueam praecipitatos.  
 rebaptizandos in super iudicium  
 iam illum ne uerum in candore scilicet  
 animae caritatis ubera comerge-  
 bant. hanc autem fuliginem in  
 istorum tartarea feditate uultus  
 in pacatus ostentat. Sed ea quae  
 deinceps quod ad beati cyprianum  
 auctoritatem attinet. tractaturi  
 sumus. ab alio sumemus exordio.  
**EXPLICIT LIBER  
 PRIMUS**

**INCIPIT LIBER  
 SECVNDVS**